


inceps, proportionales; primus autem secundum non metiatur; neque alius quispiam illum metietur.

Theorema 5. Propositio 7.

Si sint quotcunque numeri deinceps proportionales; primus autem extremum metiatur; is etiam secundum metietur.



Theorema 6. Propositio 8.

Si inter duos numeros medij continua proportione indicant numeri; quot inter eos medij continua proportione incidunt numeri, totidem & inter alios eandem cum illis habentes proportionem medij continua proportione incident.



Theorema 7. Propositio 9.

Si duo numeri sunt inter se primi, & inter eos medij continua proportione indicant numeri, quot inter eos medij continua proportione incidunt numeri, totidem & inter utrumque eorum, ac unitatem deinceps medij continua proportione incident.